



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

53. An Capitulum Sede vacante, si non possit conferre beneficia ad  
Episcopum spectantia, possit saltem eorum resignationes recipere? Ex p.  
8. tr. 4. res. 28.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

## RESOL. LII.

An Capitulum Sede Vacante possit conferre beneficia, si iure deuolutionis spectaret ad Episcopum?  
Ex p. 8. tr. 4. Ref. 27.

§. 1. Non desunt Doctores asserentes posse Capitulum, Sede Vacante, huiusmodi beneficia conferre. Ita Ioan. Andr. in cap. *quamquam*, de elect. lib. 6. Panorm. in cap. 2. num. 3. ne Sede Vacante, Petrus Georgius in *synagm. iur. p. 2. lib. 7. cap. 9. num. 43.* Lambert. de iure patron. lib. 2. part. 3. *quasi. 2. art. 8. n. 6. & alij.*

2. Probat potest hanc opinio, quia hanc deuolutio pertinet ad Episcopum ratione iurisdictionis Episcopalis, in qua succedit Capitulum, Sede Vacante, exceptis casibus in iure expressis. At verò hic casus nulli reperitur in iure exceptus, nam licet in cap. 2. ne Sede Vacante, dicat Pontifex, Capitulum non succedere Episcopo in collatione beneficiorum; hoc tamen intelligendum est de beneficiis, quorum collatio pertinet ad Episcopum iure proprio.

3. Et ita hanc sententiam tenet Molina de *Iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. n. 12.* vbi sic ait: Quamuis ad Capitulum, Sede Vacante, non pertineat conferre beneficia, quæ conferre pertinebat ad Episcopum ratione suæ dignitatis, tanquam annexum eius dignitati illa donare; quando tamen ad Episcopum deuoluitur conferre aliqua beneficia ob negligentiam, vel delictum inferioris, tunc ea conferre spectat similiter ad Capitulum, Sede Vacante, vt cum Ioan. Andr. affirmat Panorm. cap. *illa, citato*, n. 3. & consentiunt doctores communiter; quoniam ea deuolutio tunc, idque ius pertinet ad iurisdictionem Episcopalem ratione vtilis administrationis suæ Diocesis in bonum, & fauorem non Episcopi, sed beneficiorum, ac animarum: in eiusmodi autem iurisdictione succedit Capitulum, Sede Vacante. Quod autem in eo euentu collatio beneficiorum ad Capitulum, Sede Vacante, spectet, colligitur aperte ex cap. *illa, citato*, in *sinu. iuncta gloss. vlt. ibi*, Ob negligentiam vero conferendi beneficium intra semeltra à puncto notitiæ vacationis beneficii transiit ius, quod Episcopus habeat ad illud conferendum, ad Capitulum, etiam si Sedes non vacet, & habetur cap. *nella, §. vlt. & c. quia, de concess. prebend.* & notat Panvin. 2. part. princ. q. 2. §. *quedam*.

4. Sed aliqui putant non esse recedendum à negatiua sententia, quam docent Panormitanus sibi contrarius, in *c. cum olim*, sub n. 2. col. 2. de maiorit. & obedient. Ioan. Monach. in dicto cap. *quamquam*, n. 7. & ibi. Probus in addit. Roman. conf. §. 11. Milis in *reperit. lit. C. versic. Capitulum licet succedat*. Rebuff. in *praxi benefic. tit. de deuolut. num. 93.* Barbosa de potestate Episcopi. p. 3. allegat. 126 n. 70. Marc. Anton. Cucc. *inst. maior. lib. 2. tit. 9. n. 92.* Garz. alios referens, de *benef. p. 5. c. 7. n. 53.* Panvin. de potestate Capituli, p. 2. q. 2. num. 10. pro quo citat Bald. in cap. *ne pro defectu*, de elect.

5. Fundamentum huius sententiæ est, quia cum hac deuolutio, ad Prælatum superiorum inducta, ob negligentiam Prælati inferioris, non deducatur immediate ex natura rei, nec ex aliqua ratione concludente, sed immediate procedat ex dispositione iuris Canonici, sequitur, eam non esse inducendam extra casus ab eodem iure expressos. At nulli in iure Canonico expressum est, vt deuolutio, quæ de Prælatis Episcopo inferioribus, ex eorum negligentia, facienda est, fiat ad Capitulum. Nam. text. in cap. 2. in *fin. de concess. prebend.* loquitur solum in deuolutione collationis, iure proprio competentis Episcopo negligenti; ergo, & c. 1. ita hanc sententiam præter

Doctores citatos tenet Azor. p. 2. l. 3. c. 38. qu. 6. Vide etiam Rodriguez in *sum. tom. 1. c. 75. n. 12.*

6. Sed ego, vt verum fatear, primam sententiam non puto improbabilem esse; & ita illam præter Doctores citatos, tenet Andreas Vallensis in *Paratula ad Decretales lib. 3. tit. 9. num. 4.* & doctus, ac amicissimus Zypæus de iure Pontif. nouo. lib. 3. tit. ne Sede Vacante, & c. n. 6. & 7. vbi sic ait: Enimvero Capitulum non succedit in collatione beneficiorum c. 2. hoc tit. & specialiter Pius V. Constit. incip. *Sanctissimus* declarauit omnem omnino provisionem reservandam esse futuro successori; quippe instar fructus se habet, atqui fructus successori debentur. An verè etiam collatio quæ iure deuoluto Episcopo competit, successori reservanda sit, de iure satis problematicè controvertitur. & Quar. *vbi supra, quasi. 9.* putat eam difficultatem nunc esse extricandam, propter dictam Pii Constitutionem generaliter loquentem. At verò facile dici potest, distinctionem ex aliis iuris locis, aut ipsa ratione suppleri posse: nec esse eandem rationem in collatione iure deuoluto competente, quæ est in ea, quæ suo iure Episcopo competit; illa enim vt fructus ex ea dignitate nascitur; hæc ex accidente provenit, scilicet inferioria negligentia; ad quam supplendam, eiusmodi deuolutio inuenta est, quæ per huiusmodi reservationem augetur. Ita ille, satis quidem, vt dixi, probabiliter, licet ego sententiæ negatiuæ adhaream.

## RESOL. LIII.

An Capitulum Sede Vacante, si non possit conferre beneficia ad Episcopum spectantia, possit saltem eorum resignationes recipere? Ex parte tractatu 4. Ref. 28.

§. 1. Negatiuè respondet Rebuffus in *praxi. tit. de deuolut. num. 94. & seq.* Flam. Patil. de *resignat. benefic. lib. 7. quasi. 23. num. 3. & seq.* Prosper. de August. in addit. ad *summ. Bullar. Quarant. verb. Capitulum*, sub num. 1. *quasi. 9. limit. 5.* Barbosa de potestate Episcopi. part. 3. alleg. 69 n. 8.

2. Sed contraria opinio videtur probabilior. Igitur existimo posse Capitulum, Sede Vacante, admittere resignationes beneficiorum. Ita Federicus in *tit. de rerum permutat. quasi. 36.* vbi etiam Lupus Panormitanus in cap. *cum olim de maior. & obed. col. pen. Felinus ibid. n. 4.* Panvinus de potestate Capituli, 2. part. q. 2. n. 11. & seq. Corraf. de *benefic. part. 1. cap. 8. num. 17.* Marc. Anton. Cucc. *inst. maior. lib. 2. tit. 9. num. 40. & seq.* Sbroz. lib. 2. de officio Vicar. q. 71 n. 12. Azor. tom. 2. lib. 3. cap. 18. & lib. 7. cap. 19. *quasi. 7.* Garz. tom. 2. de *benefic. p. 11. c. 3. n. 255.* vbi sic ait: Vicarius Episcopi non potest resignationes admittere, nisi habeat speciale mandatum, vt in illa Spoletana beneficiorum supra relata num. 225. Staphileus dicto §. *resignationis modis*, num. 19. Panvinus de officio, & potestate Capituli, Sede Vacante, 2. part. *quasi. 10.* Rebuffus in forma *Vicariatus*, n. 106 Cuchus in *institutionibus maioribus lib. 2. tit. 8. n. 81.* Flaminius Parisius dicto lib. 7. qu. 24. Sbrolius de *Vicario Episcopali lib. 2. qu. 130.* Zerola in *praxi Episcopali*, 1. part. *verb. renuntiatio*, §. 4. & Zechius dicto cap. 13. num. 2. *vicarius. vers. quoque*, & est consilium Calder. 3. de *renuntiatione*.

3. Sed bene potest eas admittere Capitulum, Sede Vacante, cum fungatur vice Episcopi, & succedat in eius iurisdictione, Abbas in cap. *cum olim*, de maior. & obed. & ibi Felis. n. 4. Rota dec. 66. de *rerum permutatone*, in nouis. Panvinus dicta 2. p. q. 2. n. 13. Corrafus dicto cap. 8. num. 17. Cuchus dicto lib. 2. tit. 9. n. 40. qui receptum dicit, Flaminius Parisius d. lib.

Et notatur non posse etiam Capitulum presentari ad beneficium iuris Patronatus Episcopo competenti. Ex part. 8. tract. 4. Refol. 29.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Azorius part. 2. lib. 3. cap. 38. quest. 8. vbi sic ait: Queritur, an Capitulum possit admittere resignationes beneficiorum non simpliciter, sed ex causa permutationis factas, hoc est, an possit recipere, & approbare permutationes beneficiorum. Dux sunt opiniones, vna negat, altera affirmat. Veteres quidam negarunt, sed concedunt Federicus tractat. de permur. benefic. quest. 36. Lopus, Panormitanus, & Felinus in cap. cum ultim. de maior. & Obed. Cardinalis, & Imola, & Vitalin. cum Gloss. in Clem. 1. de rerum permur. Hac opinio est probabilior. Ea vero intelligitur sic: Capitulum potest quidem recipere permutationes beneficiorum, sed non conferre beneficia permutata, nisi ius conferendi ad ipsam pertineat, vel communiter ad Episcopum, & ad ipsum Capitulum ita gloss. loci citi. sicut in simili potest Episcopus admittere resignationem beneficij, quod est Romano Pontifici reservatum, sed nequit illud conferre, vt docent Federicus, & Lopus locis supra citatis, & Rebuffus in praxi benefic. tit. de deuolut. n. 94. Hucusque Azorius.

Sed hac sententia non caret difficultate, vt optime obseruat Merolla tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 11. num. 135.

2. Primo, quia si Capitulum haberet facultatem recipiendi resignationes ex causa permutationis, posset etiam dicta beneficia resignata conferre ipsis compermutantibus; nam hac collatio non est amplius libera, sed necessaria; quoniam beneficia ita resignata, sunt debita compermutantibus, & Capitulum succedit Episcopo in collatione beneficiorum necessaria, vt dixi supra. Sicut Vicarius qui habuit facultatem ab Episcopo, recipiendi resignationes beneficiorum ex causa permutationis, potest ea conferre compermutantibus, vt dixi cap. 6. propter rationem assignatam.

3. Secundo nam si Capitulum potest recipere & de facto recipiat huiusmodi resignationem, peto, quid faciendum, si postea Episcopus nolit ea conferre compermutantibus.

4. Respondent aduersarij, Episcopum, si eam permutationem perficere nolit, posse cogi per superiorem ad id faciendum, vel redibunt renunciantes ad eorum beneficia, argum. cap. si beneficia, de prebend. in 6.

5. Sed contra, nam primum est omnino gratis dictum, quod scilicet possit Capitulum imponere necessitatem Episcopo ad conferendum beneficium, quod alias est libertate collationis. Secundum vero videtur falsum, idque impugnat Gambat. in cap. 1. de rer. permur. in 6. num. 114. & sequent. dicens, quod si Episcopus nolit permutationem expedire, compermutantes non poterunt ad eorum beneficia redire, quae culpa sua amiserunt, resignando, ex causa permutationis, eorum Capitulo quod non poterat permutationem expedire. Quod confirmari potest, nam cum beneficium vacet resignatione facta ex causa permutationis, non poterit ad illud redire resignans, sine noua collatione, etiam si permutatio non sequatur, seu non habeat effectum, vt dicunt communiter Doctores, quos refert, & sequitur Garz. de benef. part. 1. cap. 4. num. 5. licet secus sit in resignatione ex causa permutationis, facta in manibus Papae; tunc enim, si permutatio non habet effectum, possunt permutantes, sine noua collatione, redire ad eorum beneficia, vt probat idem Author loco cit. num. 7.

6. Pro

lib. 7. quest. 231. num. 20. & Sbrozium dicit. lib. 2. quest. 71. n. 1. qui plures referunt Azor. 2. p. 2. l. 3. c. 38. q. 3. & lib. 7. c. 1. q. 9. 7. Quamvis contrarium tenent Rebuffus in praxi, tit. de deuolut. n. 94. & 95. nisi in resignatione, quae fit ex causa permutationis, quam ait solam posse recipere, quia est necessaria & cum causa, cum quo videtur tenere Ruffinacius c. 33. n. 2.

4. Et procedit non solum in resignatione, quae fit in resignantis penam, sed etiam in qualibet resignatione, Panvin. supra n. 13. & Sbrozium dicto n. 12. quantum contrarium cum Lapo dicat Flamin. Parisiensis obi proxime n. 35. & 36. Zech. dicto c. 1. n. 2. sub cap. quinto loco, & Prosper. de August. in additione ad Iammanio Bullarj, verb. Capitulum, Sede Vacante, lib. n. 9. limitat. 5.

5. Nec obstat ratio Flaminij, quod Capitulum solum succedat in his quae sunt iustitiae, non autem in his quae sunt gratiae, Ioan. Andr. in c. unico, de maior. & obedien. n. 6. Quia respondetur, imò regulam esse, quod Capitulum, Sede Vacante, fungitur vice Episcopi, & succedit in omnibus quae sunt iurisdictionis ordinariae, exceptis casibus in iure expressis, vt dicitur est supra 5. part. cap. 7. & hic casus non reperitur in iure exceptus. Hucusque Garzias, cuius sententiae libenter adhaereo, quia, vt dictum est, Capitulum, Sede Vacante, succedit in totam iurisdictionem ordinariam Episcopi, exceptis casibus in iure expressis, sed recipere resignationes huiusmodi beneficiorum, pertinet ad iurisdictionem ordinariam Episcopi, vt ex se constat, & nullibi reperitur hoc denegatum Capitulo, ego &c.

6. Secundo, quia Capitulum, Sede Vacante, potest ex causa Clericum suo beneficio destituere, seu priuare, vt ostendimus supra; ergo ex eadem poterit resignationem admittere. Probat consequentia, quia resignatio habet vim destitutionis; vt bene inquit Flaminius loco citat. q. 10. n. 6. nam, per eam resignans, desinit esse intulatus, & Praelatus. Et hanc opinionem tenet etiam Merolla tom. 3. disput. 7. cap. 7. dub. 11. num. 126.

7. Sed non deseram hic apponere verba Rodriguez in summa, tom. 1. cap. 71. num. 15. vbi sic ait: Puesto el Cabildo Sede Vacante interponer su autoridad en la permutation de los beneficios en dos casos. El primero, quando la eleccion pertenece juntamente al Obispo y al Cabildo, como lo dice vna Glossa notables donde lo nota Imola. El segundo, quando el beneficio pertenece a colacion de tercero, como lo prouea Zabercla, y puede recibir la resignacion de los beneficios, como lo dice Panormitano, afirmando, que assi lo conculyo la mayor parte de la Rota. Y esto quando se haze la resignacion por causa necesaria, como lo dice Reouso, y quando se haze en pena del resignante, como se colige del derecho. Y quando la dicha resignacion y colacion se ha antes de la provision hecha de Obispo en el conuincido, y aun antes que tome possession, como dice Flaminio fue resuelto en la Rota. T. procede esto en los beneficios, cuya colacion pertenece juntamente al Cabildo y Obispo, salvo si el Capitulo Sede Vacante esta en possession de hazer colacion, y recibir la resignacion de los beneficios, que pertenecen a solo el Obispo, como se colige del derecho, y lo tiene Decio. Ita ille.

Sed elector circa praesentem questionem ne desinat recognoscere Baunium. tom. 1. tract. 1. q. 2. 3. per nam.

RESOL. LVI.

An Capitulum Sede Vacante possit admittere resignationes beneficiorum non simpliciter, sed ex causa permutationis factas.

LIBRARY  
D. III. IV. V  
E. III